



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De  
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]  
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise  
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

**Denisse, Nicolas**

**[Augsburg], 1510**

**VD16 N 1513**

Quinta est m[at]ris dei [con]templantis

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30625**

# admirāde iocūditatis Fo. XLVIII

esse militantis. In resurrectione enim domini  
 plurimum laetate sunt sancte mulieres ac  
 etiam discipuli quibus apparuit dominus. *Joā. 21.*  
 Gaussi sunt discipuli viso domino. *Laetatus est*  
 etiam specialiter ioseph ab arimathia. *Legit*  
 namque in euangelio nicodemus quod iudei indigna-  
 ti sunt ipsum eo quod christum sepeliret: in quodam ce-  
 naculo diligenter clauso et sigillato eum reclusu-  
 serunt: volentes post festum eum occidere. *Et ecce*  
 christus in ipsa nocte resurrectionis ad eum  
 apparuit: et osculum ei dedit: et inde saluis si-  
 gillis eum educens: in domum suam in arima-  
 thia ipsum adduxit.

**Quarta est iocunditas ecclesie**  
 triumphantis. s. angelorum. quibus accreuit  
 gaudium accidentale. pro gloria christi resurgens: pro  
 liberatione patrum de limbo: et pro letitia totius  
 ecclesie militantis. Unde apparuit multi-  
 eribus angelus stola candida cooperatus in si-  
 gnificative letitie. *Greg. in omel. Landoz*  
*erem vestis splendor est nostre denunciacio solen-*  
*nitatis: nostre dicamur aut sues: ut veri facere*  
*amur: et sue dicamur et nostre. Illa quippe re-*  
*comprobat nostre resurrectionis festiuitas*  
*fuit. quia nos ad immortalitatem reduxit. et*  
*angelorum festiuitas extitit: quia nos reuocauit*  
*ad celestia: eorum numerum impleuit. Hec*  
*ille. Angelus etiam ille ut iam de christi resur-*  
*rectione tribulabundus consolabatur mulieres*  
*iuuans eas ad gaudium. d. Nolite expaues-*  
*cere. et. Greg. in omel. ac si apte dicat. Pa-*  
*ueant illi qui non amant aduentum supernorum*  
*ciuium. primescant illi qui carnalibus desiderijs*  
*pressi ad eorum societatem. Trigere se posse de-*  
*sperant. vos autem cur primelatis qui viros con-*  
*gines videtis. Hec ille.*

**Quinta est iocunditas**  
 matris dei preimplantis. Profecto super ce-  
 teros pro christo resuscitato letificatus est eorum vir-  
 ginis matris preimplantis et videtur eius  
 sic gloriose triumphantes. Sibi namque ut  
 pie credit prius quam ceteris benedictus eius  
 filius apparuit: quoniam euangeliste de hoc non  
 faciunt mentionem. Euangelistae enim officium  
 fuit resurrectionis testes inducere. matrem  
 autem resuscitandum pro filio inducere non de-  
 buit. Si enim verba aliarum feminarum delira-  
 menta visa sunt: quomodo non magis matrem pro  
 filij amore diceret delirare? Non scripserunt

ergo euangeliste quod christus apparuerit virgini  
 matri: sed illud pro constanti reliquerunt.  
 Hoc autem confirmare possumus triplici via.  
**Prima est via certitatis et iocunditatis.**  
 Testificatur enim hoc Ambrosius libro de vir-  
 gi. d. Vidit maria resurrectionem domini et hoc  
 ma vidit et credidit. vidit maria magdale-  
 ne quibus ista adhuc nutaret. **Secunda est via**  
 approbatiue celebratiōis. Ad infirmandum  
 namque quod christus resurgens ex mortuis primo  
 apparuit virgini matri: sancta romana ec-  
 clesia ipsa resurrectionis die stationem cele-  
 brat apud sanctam mariam maiorem. ubi tunc  
 magni gregoriū dū ipse in die pasche missam  
 tam celebraret: et per dominum. et. pronunciat:  
 angelus domini alta voce ruidit: *Et eum spiritu s.*  
*Ob quod cum ipsa dicitur papa ibidem celebrat i*  
*hunc miraculi memoriam cum dicitur. Pax do-*  
*mini et. nihil sibi ridet. Tertia est via*  
*deklaratiue ratiōis. Rationabile enim fuit*  
*ut filius de resurrectione sua prius matri*  
*letificaret: quā amplius ceteris de passio-*  
*ne constat voluisse. Contemplari quod deuote*  
*possumus quod sanctissima illa virgo ipsa resur-*  
*rectionis nocte contemplationi et orationibus*  
*intenta filium suum quem sepulcro clausum reli-*  
*querat. videre ardentissime cupiebat. nek-*  
*que enim ignara erat illum a mortuis die tertia*  
*resurrecturum. Ob quod vel corde vel ore di-*  
*cere poterat. O pater eterne: ecce tempus in-*  
*stat ut filium tuum et meum a mortuis reuocet.*  
*Suscita ergo illi mitte ad me tanto me-*  
*rore pro passione tua peritiam. O fili non dul-*  
*cissime. O fili amantissime quem vidi pla-*  
*gis repletum: spiritibus coronatum: crudeli mor-*  
*te extinctum: et in sepulcro repositum. Quomodo*  
*videbo te ex mortuis triumphasse. Dixisti fili et*  
*totiens dixisti: die tertia resurgam. et ecce*  
*iam dies tertia imminet. Surge dicitur et ve-*  
*ni ut videam te. Dum igitur hec et ista vir-*  
*go gloriosa rogaret: ecce eum ingenti lumi-*  
*ne: decora facie aspectus affabili apparu-*  
*it et dominus filius suus. Salue inquit mens*  
*et de cetero miscdie regina. Lessent amoro-*  
*do dolorosa suspiria: amara lamenta: et co-*  
*piose lachryme. Ecce ego ipse sum qui in vir-*  
*gine tuo steti: quem peperisti: quem pauisti.*  
*lacte virgineo: quem tantopere dilexisti.*  
*quem deus mortuum deflexisti transfixa-*  
*doloris gladio. Ego sum Iesus filius tuus*

# Sermo De resurrectione dñi.

lotis gladio. Ego sum iesus fili tuus qui in fernu spoliatus: inde pres eduxi: et eternitas aditu deuicta morte referant. Gaude mater veneranda: quia data est mihi ois potestas in celo et in terra: et in nomine meo flectet omne genu. Tu post me in regno celorum super oes exaltaberis. Non posset profecto mens nostra inuestigare quam benigna fuerit illa uisitationis: quam blanda et amabilia uerba matris et filij: quam grossi et locuti ueriusque in alterum aspectu. Postquam oia dilexerit filius a matre in leticia et desiderijs simul remanente. Retemur ergo et nos cum illa desiderantes uisitare filium suum gloriosum sedente ad dexteram patris.

**T**ertium est mysterium approbationis. **T**ertium est quod sic dicitur in **Lu.** Surrexit dominus uere. **H**abuit autem ueritas dñice resurrectionis testimonium ab angelis qui eam mulieribus nunciauerunt. **N**am sic dicitur **Dionysius** .ii. ecc. hierar. **H**ec est lex diuinitus constituta ut qui sunt ex speciali gratia deo immediate superioribus reuelentur quibus mediantibus deferant ad inferiores. **H**oc christi resurrectio primo angelis manifestata est et per angelos hominibus non omnibus sed testibus ordinata deo. **E**t dicitur **Act. iij.** Quorum testimonio deferret ad aliorum noticiam. **H**abuit itaque testimonium primo ut dicitur ab angelis: et a specialibus amicis christi: mulieribus scilicet deuotis et discipulis. **T**ertio habuit testimonium ab inimicis: scilicet iudeis et militibus custodiens sepulcrum qui dicebant corpus non esse in sepulcro. **N**am sicut dicitur **Matth. vl.** Cum mulieres absissent: ecce quidam de custodiibus uenerunt in ciuitate et nunciauerunt principibus sacerdotum oia que facta fuerant. **z.** **C**hrisostomus. **H**erodas a petrius diuulgata magis refulget. **S**ed sicut dicitur **Hiero.** Principes qui de buerant querri ad penam et iesum querere resurgente: perseverant in malicia. **U**bi sequitur **C**onsilio accepto pecunia copiosam dederunt mulieribus dicentes. **D**icite quod discipuli eius noc. ue. et fura. sunt enim uobis dormitibus. **z.** **C**hrisostomus. **Q**ualiter furarent pauperes et idiote et neque apparere audentes. **S**i enim adhuc christum uiuum uidentes fugerunt quod mortuo eo non timuissent tot militum multitudinem. **p**ropter quod autem non furati sunt prima nocte quando nullus sepulcro affuit. **S**abbaro enim petierunt a pilato custodia. **Q**ua

re non persuasibilia sunt que de furto dicta sunt. **U**bi per que resurrectio non obumbrare conueniant: per hec eam faciunt clarere. **D**icentes enim quod discipuli furati sunt contentur non esse corpus in sepulcro. **F**urtum autem ostendit esse mendaciam custodia militum et discipulorum pauor. **H**ec ille. **H**oc carat ecclesia. **D**icitur nunc iudei quod milites. **z.** **T**ertio dedit ipse dominus testimonium ueritatis sue resurrectionis per multa signa siue argumenta. **z.** **z.** **P**rebuit se ipsum uiuum in multis argumentis post passionem suam. **U**bi accipit argumentum per signa sensibilibus euidentibus quod inducit ad alium ueritatis manifestationem declarata. **E**st quod triplex ueritas circa resurrectionem iesu christi.

- P**rima est ueritas corporalis ueritatis.
- S**ecunda est uitalis operationis.
- T**ertia est triumphalis glorificationis.
- Q**uarta est diuinis uisionis.
- Q**uinta est uictoria signatōis.

**P**rima est ueritas corporalis ueritatis. **D**eclarauit ei se resurrectum se in uero corpore solido non phantasticum uel raro siue aereo: quia corpus suum palpabile prebuit. **U**bi dicitur **Lu. vl.** **P**alpite et uide: quia spiritus carne et ossa non habet sic me uideris dicit. **T**ertio ostendit se resurrectum in corpore humano ostendit eis ueram effigiem quam oculis intuerent. **T**ertio in eodem corpore nunc: quod prius habuerat **Lu. vl.** **U**idete manus meas et pedes meos: quia ego ipse sum. **N**ec enim esset haec resurrectio: nisi idem numero corpus iterato eidem aie ueretur. **E**t sic inuestitur: quia ueri corporis solidi est ueremissata figura: sed corpus christi apparuit discipulis in alia effigie: ut habet **Bar. vl.** ergo. **z.** **D**icendum fuit **z.** quod in potestate eius erat: ut ex eius aspectu formaretur in oculis intuentium forma quam illi ter cuius differens sufficiens ad hoc quod uideretur apparere in alia effigie absque tamen mutatione sui. **H**oc **Tho. in. iij. par. q. liij.** **L**irca quod notandum est eundem **Tho.** ubi s. q. **lv.** quod resurrectio christi manifestata fuit hominibus per modum qui eis diuina reuelantur. **I**nnocentius scunt autem diuersimode diuina hominibus secundum quod diuersimode se affecti. **N**am illi qui habent mentem bene dispositam secundum ueritatem diuinam percipiunt. **I**lli autem qui non habent mentem bene dispositam diuina non percipiunt nisi cum quadam confusione uerbositatis uel